Supra scriptorum prolatis, atque Poenis, si quas intercesserant Bannitionum tam simplicium quam perpetuarum cum earum publicatione totoque antecedenti, et subsequenti Causae eiusdem Processu ratione supra scriptae obtento et producto, et in quovis puncto et gradu Juris dependenti necnon de Poenis, Litis quibusvis Decretis praefati Tribunalitii Regni Lublinensis adiudicatis et solvi incunctis ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti in praemissis praestitam Satisfactionem summae supra scriptae Quatuor Millium florenorum polonicalium realem et effectivam persolutionem Quietat, Omittit, Dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat. Inscriptiones praefatas, tam Causas et Actiones, Decreta Tribunalitia praecipue illo Evocatoriali, Poenas Bannitionum, tam simplicium, quam et perpetuarum cum earum publicatione, totumque antecedentem et subsequentem Processum in toto, et per omnia Cassat, tollit, mortificat et annihilat. Sibi suisque posteris praemissorum ratione ob praestitam sufficientem et plenariam Satisfactionem perpetuum imponendo silentium.

Gnosus Trzebuchowski Gnosae Consorti Suae Debet. 1163

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosus Martinus Trzebuchowski Pocillator Bracl(aviensis?) ... sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis, quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti iudicio Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam publice libere, ac per expressum Recognovit Quia ipse Gnosae Annae de Snopkow Consorti suae legitimae, ac ipsius Successoribus summam Quatuor millium florenorum polonicalium Cu-

1402

certi, veri, iusti, liquidiq; Debiti, sive mutuatæ pecuniæ tenetur, ac De-
bet. Quam quidem suprascriptam Summam Quatuor Millium florenorum
polonicalium Idem Generosus Recognoscens cum suis successoribus, in et super
bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniarumq; habitis
et habendis, supraefatæ Generosæ Consorti suæ, illiusq; posteris Inscribit, et
Obligat praesentibus: hinc et ab Actu praesenti pro Die et Festo Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli, in Anno proximè et Immediatè Venturo
incidentis Dare, solvere, numerare, et coram Officio, Actisq; praesentis
Castrensis Capitanealis Premysliensis Reponere, et relinquere, repositamq;
et relictam eandem Summam Quatuor Millium florenorum polonicalium
rursus ab eodem Officio praesenti non effideiubere, nec Arrestare, vel quovis
alio modo Solutionem eiusdem Summæ praepedire et Impugnare. Idq;
sub Vadio similis Summæ Quatuor Millium florenorum polonicalium
per praefatum Generosum Recognoscentem sive eius posteros praedictæ Generosæ
Consorti, et Creditrici suæ, aut illius Successoribus ob non solutionem
Summæ praefatæ pro tempore et loco superius expressis ad solvend-
luendi et succumbendi. Pro Quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendi
succumbendi, ac pro re ipsa Principalis Debiti non soluta, Nihilomi-
nus solvenda Citatus existens, Citatus Recognoscens Generosus Martinus
Trebachowski Porillator [illegible], Suis cum posteris ad In-
stantiam Generosæ praenotatæ Generosæ Annæ de Suchow Consortis et
Creditricis suæ, eiusq; Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premysliense extunc Recessu suprascripto, quo ad Respondendum spe-
ctat Mediante: semper in Primo Citationis Termino tanquam perem-
ptorio, Stare, Iuri parere, Respondere, Vadiumq; praefatum luere, Inscriptioni
praesenti satisfacere, et omne iudicatum pati Debebit et tenebitur. Seque
Recognoscentis, ac suos Successores ad eadem omnia Inscribit, et Obligat praesentibus.
Eundem Primum Terminum peremptorium uti et alios omnes exinde subsequentes Cau-
sæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera Infirmitate, pro maiori Mi-
norennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio Mili-
tari ad Munimenta, ad Exercitum vel alijs quibusvis Dilationibus, et le-
galibus Impedimentis, non Differendo, ad Quietationem. Praeterea
ultra proximos Officij praefati Castrensis Premisliensis Terminus

Et

Dilationes sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa Omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Vadiis, Suspensionibus, Fatalibus Iuris praescriptione terresti, bello, Conventioneque, ac alijs Omnibus Iuris remedijs, et defensionibus Non subterfugiendo, nec alio quovis modo Evadendo. Hac sua praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Gnosus Fredro G. Fredro Filio suo Cedit. 1161

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanalibus Premysliensibus Gnosus Valentinus de Pleszowice Fredro, Sanus mente et Corpore existens a Terrestribus, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs, et Competentibus recedens: Praesenti ad Castren. Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Secum Successoribus, ac bonis suis generaliter Omnibus totaliter et plenarie Incorporando atque subijciendo palam, publice, libere, ac per expressum Recognovit. Quia ipse de Omni et integro Iure suo infrascripto, Nimirum de Summa quae et quanta ex Summis Originalibus quibusvis Sibi Recognoscenti per Magnificum Olim Sigismundum de praefata Pleszowice Fredro Castellanum Sanocensem Fratrem suum Patruelem modo quovis coram Actis quibusvis authenticis, Regni Inscriptis, et ad Solvendum assecuratis debita et extra Summam Novem Millium florenorum polonicalium per se Recognoscentem Gnoso Stanislao Fredro Subdapifero Podoliae suo Recognoscentis Filio, coram Actis Terrestribus Premysliensibus inscriptis restat tum et de Quibusvis Inscriptionibus quo ad Summam eandem restantem sese referentibus atque de Causis, et Actionibus, quibusvis eidem olim Suprascripto Magco Castellano Sanocensi ad Officium et Iudicium Castrense Premysliense institutis et intentatis poenis Banitionis, totoque et integro processu, ratione Summarum Suprascriptarum obtento, et perducto, et in quovis puncto et gradu Iuris dependentibus In se de praemissis Lationi Cum Omni praemissorum Iure, proprietate, Competentiaque et praerogativa quavis Omnibusque et Singulis Inscriptionibus

praedictis

Ex Copia Lect. cum eadem Coll.